



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quomodo fides saluam fecerit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

VERSUS 50.

*Dixit autem ad mulierem: Fides tua
te saluam fecit: vade in pace.*

QUESTIO I.

Quomodo fides saluam fecerit?

§. 1. **N**on est fiducia, quæ certo persuasum habe-
ret sibi in flagitiis perseveranti, peccata im-
putari non iri. Charitati enim primas partes Chri-
stus tribuit. Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit mul-
tum.

Est namque veritas rei conformitas cum iudicio,
quæ prior est ipso iudicio. ut enim naturâ prius nix al-
ba est, quam albam videam, ita prius remissio facta sit,
necesse est, quam fides de remissione facta sit vera. Fi-
dem ergo penitus tollunt, qui talem fugiunt.

Deinde si fide Calviniana peccata remissa sunt, iam
ergo remissa fuerunt antequam adveniret. Imo ante-
quam fidem haberet. Fides enim illorum est mendi-
ca manus, quæ remissionem apprehendit, ut illi som-
niant. Si igitur veniendi causa fides erat, non venit pe-
tita veniam, sed gratias actum. Antequam enim
vnguenta concinnaret, pedes moueret, credebat o-
mnia sibi remissa, & verè credebat; si Calvinianos
audimus. Ergo iam remissa erant. Naturâ enim si non
tempore prius est, remissum esse peccatum, quam iu-
dicii veritas, quo statuo remissum esse: ut iam dixi.

§. 2. Non credebat certo se iustificatam & pecca-
ta remissa. Nihil enim opus hoc illi à Christo dici
quod iam certissime norat. Sed credebat & sperabat,
per Christum remittenda, quod Pharisei non crede-
bant. Fidei enim nos multo amplius tribuimus. Non
modo esse manum mendicam, sed iustificationem
impetrare dicitur, *Fides saluam fecit, non modo accepit, sed
fecit.* Vide Bellar. l. i. de iustificat. cap. 17.

CAPVT VIII.

Et factum est deinceps, & ipse iter faciebat per civitates, & castella prædicans, & evangelizans
regnum Dei: & duodecim cum illo. 2. & mulieres aliqua, quæ erant curatæ à spiritibus mali-
gnis, & infirmitatibus: Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua septem demonia exierant,
3. Et Ioanna vxor Chuse procuratoris Herodis, & Susanna, & alie multe, quæ ministrabant
ei in facultatibus suis. 3. Cum autem turba plurima conuenirent, & de civitatibus properarent ad eum, dixit
per similitudinem: 5. Exijt qui seminat, seminare semen suum: & dum seminat, aliud cecidit secus viam, &
conculcatum est, & volucres cæli comederunt illud. 6. Et aliud cecidit supra petram: & natum aruit, quia non
habebat humorem. 7. Et aliud cecidit inter spinas, & similes exortæ spina suffocauerunt illud. 8. Et aliud ceci-
dit in terram bonam: & ortum fecit fructum centuplum. 9. Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi
audiat. 10. Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. 11. Quibus ipse dixit: Vobis datum
est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis: ut videntes non videant, & audientes non intelli-
gant. 12. Est autem hæc parabola: Semen est verbum Dei. 13. Qui autem secus viam, hi sunt qui audiunt: de-
inde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salvi fiant. 14. Nam qui supra petram: quæ
cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent: qui ad tempus credunt, & in tempo-
re tentationis recedunt. 15. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt, & à sollicitudinibus, & diui-
tiis, & voluptatibus vite eumtes suffocantur, & non referunt fructum. 16. Quod autem in bonam terram:
hi sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum recipiunt, & fructum afferunt in patientia. 17. Ne-
mo autem lucernam accendens, operit eam vase, aut subius tectum ponit: sed supra candelabrum ponit, ut in-
stantes videant lumen. 18. Non est enim occultum, quod non manifestetur, nec absconditum, quod non cognos-
catur, & in palam veniat. 19. Videte ergo quomodo audiat: Qui enim habet, dabitur illi: & quicumque non
habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. 20. Venerunt autem ad illum mater, & fratres eius, & non
puerant adire eum præ turba. 21. Et nuntiatum est illi: Mater tua, & fratres tui stant foris, volentes te vide-
re. 22. Qui respondens, dixit ad eos: Mater mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt.
23. Factum est autem in una dierum: & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius, & ait ad illos: Trans-
fretus trans stagnum. Et ascenderunt. 24. Et nauigantibus illis, obdormiuit, & descendit procella ventis
in stagnum, & complebantur, & periclitabantur. 25. Accedentes autem suscitauerunt eum, dicentes: Præce-
perimus. At ille surgens, increpauit ventum, & tempestatem aquæ, & cessauit: & facta est tranquillitas.
26. Dixit autem illis: Vbi est fides vestra? Qui timentes, mirati sunt adinuicem, dicentes: Quis putas hic
est, quia & ventis, & mari imperat, & obediunt ei? 27. Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est
contra Galileam. 28. Et cum egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam, qui habebat demonium iam
temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. 29. Is, vt
vidit IESVM, prociuit ante illum: & exclamans voce magna, dixit: Quid mihi, & tibi est IESV Fili
DEI Altissimi? obsecro te, ne me torqueas. 30. Præcipiebat enim spiritui immundo ut exiret ab homine.
Multis enim temporibus arripiebat illum, & vincebatur catenis, & compedibus custoditus, & ruptis
vinculis agebatur à demonio in desertis. 31. Interrogauit autem illum IESVS, dicens: Quod tibi nomen
est? At ille dixit: Legio: quia intrauerant demonia multa in eum. 32. Et rogabant illum ne imperaret illis
ut in abyssum irent. 33. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte: & rogabant eum,
ut permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. 34. Exierunt ergo demonia ab homine, & intrauerunt
in porcos: & impetu abiit grex præcepis in stagnum, & suffocatus est. 35. Quod vt viderunt factum quæ
pascebant,